

Zegen

Lezing van Boccali; verschillen met Écrits zijn gemarkeerd.

1. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.
2. Benedicat vobis Dominus
et custodiat vos.
3. Ostendat faciem suam vobis
et misereatur vestri.
4. Convertat vultum suum ad vos
et det vobis pacem, sororibus et filiabus meis,
5. et omnibus aliis venturis
et permansuris in ~~vestro~~ *nostro* collegio
et ceteris aliis
tam praesentibus quam *futuris*,¹
quae finaliter perseveraverint
in omnibus aliis monasteriis pauperum dominarum.
6. Ego Clara, ancilla Christi,
plantula beatissimi patris nostri sancti Francisci,
soror et mater vestra et aliarum sororum pauperum,
licet indigna,
7. rogo Dominum nostrum Jesum Christum, per misericordiam suam
et intercessionem sanctissimae suaे genitricis sanctae Mariae,
et beati Michaelis archangeli
et omnium sanctorum angelorum Dei,
et beati Francisci patris nostri
et omnium sanctorum et sanctarum,
8. ut ipse Pater caelestis
det vobis et confirmet
istam sanctissimam suam benedictionem
in caelo et in terra:
9. in terra,
multiplicando vos
in gratia et in virtutibus suis
inter servos et ancillas suas
in Ecclesia sua militanti;
10. et in caelo,
exaltando vos et glorificando
in Ecclesia triumphanti
inter sanctos et sanctas suas.
11. Benedico vos
in vita mea et post mortem meam,
sicut possum *et plus quam possum*
de omnibus benedictionibus,
12. quibus Pater misericordiarum
filiis et filiabus benedixit et benedicet
in caelo et in terra,
13. et pater et mater spiritualis
filiis ~~suis~~ et filiabus *suis* spiritualibus
et benedixit et benedicet. Amen.
14. Estote semper amatrices *Dei* animarum vestrarum
et omnium sororum vestrarum,

¹Boccali *futuris*; Godet *venturis* (*à venir*).

15. et sitis semper sollicitae observare
quae Domino promisistis.
16. Dominus vobiscum sit semper,
et ~~utinam~~ **nunc** vos sitis semper cum ipso. Amen.